UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

ciatum, ſecus ſi in diuerſis capitulis, quia hoc eſſet cõtra tex. in d.c.2.& in d.c.cum dilectus, ubi cõmixtim, & ſimul proponi dicuntur, & mixtim de eis cognoſci dicitur, quamuis ſuper utroq; in diuerſis capitulis ꝓnuncietur, & hoc expreſsè ſentit Bal. in dicto ſuo cõſilio. Quare id, quod Bal. ibi dicit, facit pro nobis, & non contra nos, hoc eſt, ꝙ quando poſſeſſorium, & petitorium ſunt mixta per negationem aduerſarij, quamuis ſint ſeparata capitula, poſſit à poſſeſſorio appellari. Et ualdè miror, ꝙ hæc ab aduocatis partis aduerſæ allegentur, qm̃ aut ipſi mentem Bal. ibi non intelligunt, aut præſupponunt alios non intelligere allegata per eos. ¶ Nec eſt uerum, ꝙ non dicatur innouatum ex eo, ꝙ pars aduerſa prius fuerit in poſſeſſione pertenutam ipſi datã, & ideò uideatur potius ſuam poſſeſſionẽ continuare, q̃ innouare, quod quidem eilicitum fuit per ea, quæ habentur in c.non ſolum de app. in 6.
9 Quia reſpondetur, † ꝙ ſuper dicta tenuta, & poſſeſſione adepta non eſt uis facienda, nec quoad propoſitum debet in ea fundamentum fieri, cum iudicium ab illa initium habuerit, & propter illam, ſeu propter moleſtationes illius occaſione illatas fuerit principaliter ad iudicem recurſum per ea, quæ habentur in d.c.non ſolum, & in c.cum teneamur, de app. Ex præmiſſis itaq;, ac ex alijs ſupradictis indubitanter concludendũ eſt, ꝙ in caſu noſtro etiã
40 quoad effectum ſuſpenſiuum appellari potuit, † qua appellatione pendente nihil in præiudicium appellãtis, & ſuæ poſſeſſionis innouari potuit, arg. d.c. cũ teneamur, & c.1.ne lite pẽdẽ. & l.1. ff. nihil ĩnoua. app. pend. cum ſi. allegatis per Alex. in conſi.29.uol.5. Et ita in pñti cõſultatiõe iuris eẽ exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Appellari poteſt à ſententia lata ſuper poſſeſſorio mixto.*
2 *Hæredem eſſe, uel non eſſe reſpicit titulum, & non poſſeſſionem.*
Poſſeſſorium merum quod dicatur.
Poſſeſſorium merum non dici mixtum ex eo, quòd quis ut hæres illo agat, & ſe hæredem eſſe probet, & quare, nu.8.
Interdictum uti poſſidetis quandoque tituli, & proprietatis probationem expoſcit, neque ex hoc poteſt dici mixtum, ſed ſemper eſt merum poſſeſſorium.
Interdictum quorum bonorum, & quorum legatorum non efficitur mixtum, etiam ſi illo agens probare debeat ſe eſſe hæredem, & quare, num.8.
7 *Appellari de iure ciuili non poteſt ſuper poſſeſſorio mero.*
9 *Interdictum quorũ bonorũ in quo differat à petitione hæreditatis.*
10 *In remedio c.reintegranda, 3.q.1. quid principaliter agatur, & quid in eo ſit probandum.*
11 *Poſſeſſorium reintegrandę dicitur merum poſſeſſorium.*
12 *Appellari de iure ciuili non poteſt ſuper poſſeſſorio reintegrãdæ.*
13 *Dominium an per poſſeſſionem probetur.*
Et quando principaliter, & quando incidenter deduci dicatur.
14 *Quæſtio incidens quæ ſit.*
15 *Poſſeſſorium quãdo dicatur mixtum, & in illo appellari poſſit ex eo, quòd agens neceſſe habeat probare ſe eſſe hęredem.*

EPITOME.

APPELLARI quoad effectum ſuſpenſiuũ de iure ciuili non poſſe à ſententia lata ſuper poſſeſſorio recuperandæ, etiam ſi quis illo tãquam hæres egiſſet, & nõ neceſſario ſe hæredẽ probare debuiſſet hic oñdit.

CONSILIVM CXI.

IN cauſa illorum de Sordanis non diſcedẽdo ab ijs, quæ aliàs allegaui, concludo ſententiam latam in fauorem dictorum de Sordanis ſuper poſſeſſorio recuperandæ intentato, non obſtante appellatione interpoſita debere exequutioni mandari: & quoniam aliqua aduocatus partis aduerſæ in contrarium adducit, operæpretium eſt illis reſpõdere. Dicit enim ipſe,
1 ꝙ † à ſententia lata cõtra illos de Oleo potuit quoad effectum ſuſpenſiuum appellari, quia lata fuit ſuper poſſeſſorio mixto, & habente cauſam proprietatis, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Bal. quem doct. communiter ſequuntur in l.unica, C.ſi de momen. poſ. fuer. app. cum ſi. Et ꝙ ſententia fuerit lata ſuper poſſeſſorio mixto, probatur, nam mixti de Sordanis agunt remedio reſtitutorio reintegrandæ tanquam hæredes cuiuſdam Gaſparini patris, quem dicunt fuiſſe hæredem cuiuſdam Ioanuis, & Ioannem dicunt fuiſſe priuatum ſua poſſeſſione, & ab illa abſq; eius facto, & culpa cecidiſſe, ergo ipſi adhoc, ut obtinere poſſint, debent probare ſe eſſe hæredes illius Gaſparini, &
2 Gaſparinum fuiſſe hæredem dictis Ioannis. Sed † eſſe hæredem, uel nõ eſſe non reſpicit poſſeſſionem, ſed titulum, quia hæredes, & dominus idẽ ſunt. l. his uer-
3 bis cum ſi. ff. de hæred. inſtit. ergo &c. Præterea † illud dicitur merum poſſeſſorium, in quo ſola poſſeſſio eſt apta ad agendum, l.1.§.1.ff. uti poſſi. ubi in interdicto uti poſſidetis, quod eſt merum poſſeſſorium, quis ſe in ſola poſſeſſione fundat, & idem in interdicto reſtitutorio, & propterea non poteſt exceptio dominij. Sed in caſu noſtro illi de Sordanis non poſſunt ex ſola poſſeſſione defuncti agere, niſi probẽt ſe hæredes, & maximè Gaſparinum eſſe hæredem Ioannis, quia hoc eſt eorum fundamentum, ergo ſequitur neceſſario non dici intentatum merum poſſeſſorium: & dictus aduocatus inquit hoc uoluiſſe Bald. in terminis in conſi.280. cum ſeq. in 3.col. ¶ Quibus non obſtantibus contrarium eſſe uerius, & concluſioni traditæ
4 adhærendum eſſe cenſeo, quia † non procedit, ſi dicatur, ꝙ ex quo agens poſſeſſorio ut hæres debet probare ſe hæredem, poſſeſſorium dicatur mixtum, & non merum, quoniam interdictũ unde ui, quod ſemper dicitur merum poſſeſſorium, ueluti etiam aduocatus partis aduerſæ fatetur, & habetur in c.cum ad ſedem, de reſti. ſpol. & Inſti. de interdic. & in l.2. ff. eo. tit. datur, & competit hæredi, & conſequenter is tenetur probare ſe hæredem, ut eſt tex. in l.1. §. hoc interdictum, ff. unde ui, & c.ſignificauerunt, de teſtib. & tamen propter hoc non efficitur mixtum, quia nullo caſu reperitur, ꝙ dicatur mixtum, ſed ſolum merum.
5 Secũdo facit, nam † quãdoq; ad hoc, ut quis obtineat in interdicto uti poſſidetis, quod ſemper dicitur eſſe merum poſſeſſorium, d.l.1.§.1.ff. uti poſſi. & dictus aduocatus fatetur, requiritur probari titulum, & proprietatem, ut quando probationes ſuper poſſeſſione pares eſſent, ut uolunt Abb. & reliqui in c.licet cãm, de proba. & habetur per Bar. in l.ſi duo, in prin. ff. uti poſſi. & tamen propter hoc nullus dicet interdictũ uti poſſidetis eẽ poſſeſſorium mixtũ. Et prædicta cla-
6 riſſimè etiam ſuadentur, nam † interdictum quorum bonorum datur ſolum hæredi, uel bonorum poſſeſſori, & in eo qs non põt obtinere, niſi ſe hæredẽ, uel bonorũ poſſeſſorẽ probet. l.1. & ibi doc. C. quo. bon. & ſic nõ põt dari niſi domino, qa hæres idẽ eſt, qđ dominus, ut ſupra dictũ eſt, & §.fi. Inſti. de hr̃d. qual. & diff. Et tamẽ hoc nõ obſtãte nõ efficiť poſſeſſoriũ mixtũ, ſed remanet purũ, & merũ adeò ꝙ ſuper eo, ut ſuper mero poſſeſſorio nõ põt appellari ad tradita ꝑ Sali. in rub. C. quor. bon. & in l.1. in fi. 2.col. & in fi. uerb. illius legis eo. ti. Ex quo ſeqť, ꝙ licet agẽs poſſeſſorio dẽat neceſſario probare ſe hæredẽ, tamen ob hoc poſſeſſoriũ, qđ aliàs ſui natura eſt merũ, nõ efficiť mixtũ: & idẽ probať in interdicto quorũ legatorũ, quod ſolũ dať hr̃di, & illi, q ſe hæredẽ probauerit, l.1. & ibi hr̃. C. quo. lega. & in l.1. ibiq; Bar. ff. e. tit. & tamẽ ꝑpter hoc
7 nõ dicitur mixtũ, ſed merũ. Et † ideò ſuper eo nõ põt de iur̃ ciuili appellari, ut no. uoluit Abb. poſt gl. in d. c.cũ ad ſedẽ, in fi. 9. col. uerſi. ulterius expediẽdo, qui

ponit exemplum de interdicto quorum legatorum
8 iuxta d.l.1.ff. & C.quorū lega. Et † prædicta nō ſunt
ex alio, niſi quia in caſibus prædictis principaliter nō
agitur, nec petitur, ut agens declaretur hæres, prout
ſit in petitione hæreditatis, ſed agitur, & petitur prin
cipaliter, ut res reſtituatur, quamuis incidenter pro-
bari debeat, ꝙ agens ſit hæres, alioquin non obtine-
9 ret, ut in d.l.1.ff.quorum bonorum. Et † in hoc inter-
dictum quorum bonorum inter alia differt à petitio-
ne hæreditatis, quia in petitione hæreditatis agens
debet probare ſe hæredem, ut principaliter declaret̄
hæres, ut dicit Salice.in d.l.1.in ult.col. C. quorū bo.
10 ſed † in remedio c.reintegranda, 3. q.1. principaliter
agitur, ut res reſtituatur, & principaliter ſolū debet
probari poſſeſſio, nec aliud, quamuis incidenter poſ-
ſet contingere, aliud debere probari, ut uoluit Abb.
& eſt cōis opinio in d.c.cum ad ſedem, in 8. col. circa
finem verſi. ſed circa iſtum ultimum, ergo ſequit̄, ꝙ
dicetur eſſe merum poſſeſſorium, nec efficietur mix-
tum ex eo, ꝙ incidenter debeat probari, ꝙ agens ſit
hæres eo caſu, quo ut hæres ageret, iuxta ea, quæ ha-
bentur per Sozi.in l.rem, quæ nobis, in fi.2.q.princip.
ff.de acq.poſſ.arg.d.l.1.§.hoc interdictum, & l.3.in fi.
ff.unde ui, quia agendo ut hæres non agit principali-
ter, ut hæres declaretur, ſed ut res, eiusq; poſſeſſio re-
ſtituatur, d.c. reintegranda, cum materia, & habetur
11 maximè per Abb.in d.c.cum ad ſedem. Et ꝙ † poſſeſ-
ſorium reintegrandæ dicatur merum poſſeſſorium,
uoluit Abb.ex mente cōis opinionis in d. c. cū ad ſe-
dem, in fi.8.q.qui vult ſolam poſſeſſionem principali
ter eſſe probandam, & hoc uoluit Bal.in d.conſi.280.
12 in ulti.col.dicens, † ꝙ ſuper poſſeſſorio reintegrandę
non poteſt de iure ciuili appellari, quia dicitur reme-
dium mom ētaneæ poſſeſſionis per tex. in d.l.unica,
C.ſi de momen.poſſeſ.ergo expreſsè ſentit illud dici
merum poſſeſſorium, alioquin ſuper eo appellari poſ
13 ſet per ſupradicta. Et ad hæc optimè faciunt ea, q̄ † in
ſimili dixit Pau.Caſtr.in l.quidā in ſuo, col.pen.ff.de
condi.inſti. ꝙ ad probandum dominium per poſſeſ-
ſionem dr̄ia eſt, an dominium deducatur in iudiciū
principaliter, an incidenter: & dicitur incidenter de-
duci, quando ego contra te ago confeſſoria ad ſerui-
tutem debitam rei meæ, nā principaliter deduco in
iudicium ſeruitutem, & ſecūdario dominiū rei meæ,
nec poſſem obtinere in primo, niſi hoc ſecundū pro-
barem, ꝙ res ſit mea. Principaliter uerò in iudicium
dicitur deduci, quando principaliter ago ratione do-
minij, puta agendo rei uendicatione, ut ibi latius per
eum. Sed in poſſeſſorio reintegrandæ, de quo in d.
c.reintegranda agitur principaliter, ut res, ſeu poſſeſ-
ſio reſtituatur, ut ſupra: & quamuis quando quis il-
lo remedio ageret tanquam hæres ſpoliati, & eiecti
deberet probare ſe hæredem, nec poſſet obtinere, ni-
ſi probaret ſe eſſe hæredem, tamen non ſequitur ob
hoc, ꝙ titulus pro hærede, ſeu titulus proprietatis di-
14 catur principaliter deduci, ſed incidenter. Et † inci-
dens qō eſt illa, quæ alteri adiacet, & uenit adminicu
latiuè, non autem illa, quæ habet ſubſtantiare, ut uo-
luit Pau.de Caſt.ibi, & Bal.in d.conſi.281.in prin.uo-
15 lu.3. Nec † obſtat d.conſi.Bal.280.ubi uidetur cōclu
dere, ꝙ quando in poſſeſſorio agens neceſſario pro-
bare debet ſe hæredem, tunc dicitur poſſeſſoriū mix-
tum, & appellari poteſt, quia reſpondetur Bal. loqui,
quādo qō hæreditatis, ſeu dubium, an quis ſit hæres,
principaliter deducitur in iudicium, non autem quā
do incidenter, ut quia ſimus in caſu, in quo poſſeſſo-
rium non detur, niſi hęredi ex perſona ſua, & princi-
paliter tractetur, & probandum ſit tm̄, an ſit hęres, ut
in terminis dicit Bal.in d.ſuo conſi.281.qui ita decla
rat, ut quia ex forma ſtatuti cautum ſit, ꝙ hęres ipſo
iure nanciſcatur poſſeſſionē, ſi enim ſuper h
nuncietur, poteſt appellari, quia non eſt mer
ſeſſorium, cum etiam ſuper hæreditate ſit q
paliter, & ſubſtantiuè, quia ſtatutum ſolum
redem habere hoc beneficium poſſeſſionis i
& ſic principaliter debet conſtare eſſe hære
ſuper alio facienda eſt probatio, niſi ſuper h
hæres, ſuper poſſeſſione uerò nihil eſt proba
ſi conſtabit actorem eſſe hæredem, ex hoc di
ſo iure poſſeſſor ex diſpōne ſtatuti, ut ibi per
in caſu noſtro non eſt ita, quia remedium d.c
granda, ſubſtantiuè, & neceſſario nō requiri
ſit hæres, quia datur etiam illi, qui non eſt hæ
eiecto, & ſpoliato. Item hæres agit illo reme
ex perſona ſua, ſed ex perſona defuncti, ut di
item hæres principaliter non petit, ut declar
res, ſed ad rei reſtitutionem agit, ut ſupra. ¶ E
uis ex præmiſſis ſatis clara reſponſio allega
trarium colligi poſſit, tamen ſpālius reſpon
co non obſtare primum, quoniam illi de So
remedio, d.c.reintegranda agunt, qōnem h
tis, ſeu an ipſi ſint hæredes, in iudicium prin
non deduxerunt, ſed incidenter, quāuis ipſi
ſent obtinere, niſi probarēt ſe eſſe hæredes,
ſio principaliter, & qō hæreditatis incide
citur, ut colligitur in ſimili ex dictis Pauli
l.quidam in ſuo, cum alijs ſupra allegatis
etiam ſecundum fundamentum, ꝙ meru
rium dicitur, in quo ſola poſſeſſio eſt apta
quia reſpondetur, ꝙ in caſu noſtro attento
principaliter, & originaliter in iudicium d
ſola poſſeſſio eſt illa, quæ dat cauſam agend
pter quam agitur. Et quamuis neceſſe ſit age
bare ſe hęredem ex eo, quod agit, ut hęres,
non operetur, ꝙ poſſeſſorium dicatur mixtu
qō etiam de proprietate ſimul eſſe dicatur, q
principaliter in iudicium non deducitur, ut
interdicto quorum bonorū, & in interdicto q
legatorum, & in alijs caſibus, & iuribus ſupra
tis. Et ita iuris eſſe cenſeo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Appellatio extraiudicialis quando, & à quo fiat.*
2 *Ea differt ab appellatione iudiciali.*
3 *Et non comprehenditur ſub diſpoſitione faciente men*
appellatione à ſententia.
Et maximè in materia ſtricta, & in diſpoſitione ſtrictè
terpretanda, nu.5.
Nec in reſcripto faciente mentionem de appellation
nume.7.
4 *Diſpoſitio non conuenit illi, cui uerba diſpoſitionis*
non conueniunt.
6 *Reſcripta ad lites ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè interp*

EPITOME.

Appellatio ab actuali, & reali immi
cta à iudice in loco ipſius rei, in quam facta
miſſio, exiſtente, quòd ſit extraiudicialis, &
prehendatur in reſcripto faciente mention
pellatione à ſententia, & propterea ſic appel
poſſit uigore huius reſcripti coram iudice
to trahi, hic probatur.

CONSILIVM CXII.

Conſiderandum eſt in caſu p
to, ꝙ non fuit appellatum ab ali
tentia diffinitiua, ſiue interlo
nec ab aliqua iudicis pronūciatio
ab actuali, & reali immiſſione facta in boni
& poſſeſſis per dominum Ioannem de Ma
iudicē, qui ad locum ipſum differentiæ acc